Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

deos alienos nõ ambula-
bitis in conspectu meo. Ego
sum dominus deus tuus qui
eduxi te de terra egipti de domo
servitutis. Non habebis deos alienos
coram me. Non facies tibi sculptilem
neque omnem similitudinem quæcumque
in celo sunt desuper et quæ in terra
habitant infra neque eorum que
permanent in aquis sub terra non
adorabis neque colis ea. Ego enim
sum dominus deus tuus fortis zelotes
visitans iniquitatem patrum in filiis
usque in tertiam et quartam generationem
eorum qui oderunt me et faciens misericordiam
in millia his qui diligunt me et
custodiunt mandata mea. Non
assumes nomen domini dei tui in
vanum. Nec enim habebit dominus
eum qui assumpserit nomen domini
dei sui in vanum. Memento ut diem
sabbatorum sanctifices. Sex diebus
operabis et facies omnia opera tua
Septimo autem die sabbatum domino
deo tuo non facies omnem opus
in eo tu et filius tuus et filia tua
servus tuus et ancilla tua iumentum
tuum et advena qui versatur intra
portas tuas. Sex enim diebus fecit
dominus celum et terram et mare
et omnia quæ in eis sunt et
requievit die septimo. Propter
hoc benedixit dominus diei sabbati
et sanctificavit eum. Honora patrem
tuum et matrem tua ut sis longevus
super terram quam dominus deus
tuus dabit tibi. Non occides.
Non mechaberis. Non furaberis.
Non falsum dicas testimonium
contra proximum tuum. Non
concupiscas domum proximi tui
non concupiscas uxorem proximi
tui non servum non ancillam non
bovem non asinum non omnia
quæ illius sunt. Hæc
et filius similiter faciet. Pater
enim diligit filium et omnia de
monstrat ei quecunque ipse fa
cit et maiora his ostendet
illi opera ut vos mire
mini. Sicut enim pater suscitat
mortuos et vivificat sic et
filius quos vult vivificat
Neque enim pater iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio ut
omnis honorificent filium sicut
honorificant patrem. Qui non
honorificat filium non honori
ficat patrem qui misit illum
Amen amen dico vobis quia
qui verbum meum audit et cre
dit ei qui me misit habet vitam
eternam et in iudicium non ve
nit sed transit a morte in vitam
Amen amen dico vobis quia ve
nit hora et nunc est quando mor
tui audient vocem filii dei
et qui audierint vivent. Si
cut enim pater habet vitam in semet
ipso sic dedit et filio vitam habere
in semetipso et potestatem dedit
ei et iudicium facere quia filius
hominis est. Nolite mirari hoc
quia venit hora in qua omnes
qui in monumentis sunt au
dient vocem filii dei et procedent
qui bona fecerunt in resur
rectionem vite qui vero ma
la egerunt in resurrectionem
iudicii. Offertorium Deus ad adiuvandum
me festina domine ad adiuvandum
me festinant confundantur omnes adversan
tes mihi. Secreta Purificet nos
misericors deus ut ecclesie tue
preces que de gaudiis sunt pa
nitentia deferentes fiant ex